

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.





Die  
viii  
Jan.

# MISSA PROPRIA

In Festo Sanctissimi Nominis

## J E S U

### Introitus.

Phil  
2.

**I**N Nominē JESU  
omne genu flectatur: Cœlestium,  
terrestrium, & infernorum; & omnis  
lingua confiteatur, quia Dominus  
IESUS Christus in gloria est  
Dei Patris.

Psal.  
134.

**Psal.** Laudate Dominum,  
quia bonus Dominus: psallite  
Nomini eius, quoniam suave. **V.**  
Gloria Patri.

### Oratio.

**D**Eus qui unigenitum filium  
tuum constituisti humani  
generis Salvatorem, & JESUM  
vocari iussisti? concede propitius,  
\* ut cuius Sanctum Nomen  
veneramur in terris, eius quoque  
aspectu perfruamur in Cœlis.  
\* Per eundem Dominum.

**In Missa privata fit commemoratio  
de octava Epiphaniæ.**

### De Epiphaniâ Oratio.

**D**Eus, qui hodierna die Uni-  
genitum tuum Gentibus  
stellâ duce revelasti? concede  
propitius, \* ut qui jam te ex fide  
cognovimus, ? Usque ad con-  
templandam speciem tuæ celsi-

tudinis perducamur. \* Pereun-  
dem Dominum.

### Lectio Actuum Apostolorum.

**I**N diebus illis: Petrus Spiritu  
sancto repletus, dixit: Princi-  
pes populi, & seniores audite.  
Si nos hodie dijudicamur in be-  
nefacto hominis infirmi, in quo  
iste salvus factus est, notum sit om-  
nibus vobis, & omni plebi Israel:  
quia in nomine Domini nostri  
JESU Christi Nazareni, quem vos  
crucifixistis, quem Deus suscita-  
vit à mortuis, in hoc iste astat co-  
ram vobis sanus. Hic est lapis  
qui reprobatus est à vobis ædifi-  
cantibus, qui factus est in caput an-  
guli: & non est in alio aliquo sa-  
lus. Nec enim aliud Nomen est  
sub Cœlo datum hominibus, in  
quo oporteat nos salvos fieri.

Act.  
4.

**Graduale.** Prope est Domi-  
nus omnibus invocantibus JE-  
sum: omnibus qui invocant eum  
in veritate. **V.** Laudem Domi-  
ni loquetur os meum: & benedi-  
cat omnis caro Nomen San-  
ctum eius.

Psal.  
144.

**Alleluia, Alleluia.** **V.** Laudate  
pueri Dominum, laudate Nomen  
Domini: Sit Nomen Domini be-

D

nedi-

XVII. 20223





nedictum, ex hoc nunc, & usque  
in seculum. Alleluia.

**Sequentia sancti Evangelii**  
secundum Lucam.

Luc:  
27

**I**N illo tempore : Postquam  
consummati sunt dies octo,  
ut circumcideretur puer, voca-  
tum est Nomen eius Iesus. Quod  
vocatum est ab Angelo prius-  
quam in utero conciperetur.

**Credo**

Pfal:  
134

**Offertorium.** Laudate Domi-  
num quia benignus est, psallite  
Nomini eius, quoniam suave est,  
omnia quaecumque voluit, fecit  
in Coelo & in terra.

**Secreta.**

**I**N veneratione Nominis dile-  
ctissimi Filii tui Domini no-  
stri Iesu Christi, tibi DEUS Pater  
misericordiarum, devotis menti-  
bus hostias immolamus, suppli-  
citer deprecantes, ut earum vir-  
tute cunctis egentibus praestetur  
auxilium, & in eodem Nomine  
delectantes, salutarem sui pro-  
positi consequantur effectum, Per  
eundem Dominum.

**De Octava Epiphaniae Secreta.**

**E**Cclesiae tuae, quaesumus, Do-  
mine, dona propitius intueri  
quibus non jam aurum, thus, &  
myrrha profertur; sed quod eis-  
dem muneribus declaratur, im-  
molatur, & sumitur, Iesus Chri-  
stus, Filius tuus Dominus noster.  
Qui tecum.

**Praefatio de Nativitate, Quia**  
per incarnati. 1. Et Communi-  
cantes **De Octava Epiphaniae ibid.**

**Communio.** Narrabo omnia <sup>Pfal.</sup>  
mirabilia tua, laetabor, & exulta-  
bo in te, psallam Nomini tuo,  
Altissime. <sup>9.</sup>

**Postcommunio.**

**S**acro sancta mysteria quaesum-  
psimus, Domine, in hono-  
rem suavissimi Nominis Iesu  
Christi Filii tui, incrementa spi-  
ritualis exultationis nobis accu-  
mulent, \* & affectum nostrum ad  
hoc salutiferum nomen accendant,  
? & ad jubilandum in Iesu Sal-  
vatore nostro tota mentis inten-  
tione promoveant, \* Per eun-  
dem Dominum.

**De Octava Epiphaniae Post com.**

**P**raesta quaesumus Omnipotens  
Deus. \* ut quaesolemni  
celebramus officio ? purificatae  
mentis intelligentiam consequa-  
mur. \* Per Dominum nostrum.

In Festo

**S. MAURI**  
ABBATIS.

xv  
Jan.

**Introitus.**



**I**N mari via tua, &  
semita tuae in aquis <sup>Pfal:</sup>  
multis: & vestigia <sup>76.</sup>  
tua non cognoscen-  
tur: deduxisti sicut  
oves populum tuum. **Psalmus.** <sup>ibid:</sup>  
**V**iderunt te aquae Deus, vi-  
derunt te aquae, & timuerunt,

&



& turbatæ sunt abyssi. *Ps.* Gloria Patri.

**Oratio.**

**D**Eus qui beatum Maurum ad imitandum obedientiæ exemplum, sicco pede super aquas ambulare fecisti: concede, ut & virtutum ipsius implere documenta, & præmiorum obtinere consortia mereamur. Per Dominum.

**Lectio libri Sapientiæ.**

Ecc. 1.

**C**Um adhuc junior essem, priusquam oberrarem, quæsi sapientiam palam, in oratione meâ. Ante templum postulabam pro illâ, & usque in novissimis inquiram eam. Et effloruit tanquam præcox una; lætatum est cor meum in eâ. Ambulavit pes meus iter rectum, à juventute mea investigabam eam. Inclinaui modicè aurem meam, & excepi illam. Multam inveni in me ipso sapientiam, & multum profeci in eâ. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Consiliatus sum enim ut facerem illam: Zelatus sum bonum, & non confundar. Colluctata est anima meâ in illâ, & in faciendo eam confirmatus sum. Manus meas extendi in altum, & insipientiam ejus luxi. Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inveni eam. Possedi cum ipsâ cor ab initio: propter hoc non derelinquar. Venter meus conturbatus est quærendo illam: pro-

pterea bonam possidebo possessionem. Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam: & in ipsâ laudabo eum. Appropiate ad me indocti & congregate vos in domum disciplinæ. Quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animæ vestræ sitiunt vehementer. Aperui os meum, & locutus sum. Comparete vobis sine argento, & collum vestrum subjicite jugo, & suscipiat anima vestra disciplinam: in proximo est enim invenire eam. Videte oculis vestris, quia modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem. Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in eâ. Lætetur anima vestra in misericordia ejus, & non confundemini in laude ipsius. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

**Graduale.** Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidente congregabo te. *Ps.* Cum transieris per aquam, tecum ero; & flumina non operient te. **Alleluia.** *Ps.* Vir obediens loquetur victorias; & in domo ejus divitiæ & gloria.

Isa. 43.

ibid.

Prov. 21. Plal. 111.

**Sequentia dicenda ad libit.**

**M**iraculorum patrator,  
Benedicti imitator,  
Maurus lumen Galliæ,  
**M**ore solis orientis,



Fert in plagas occidentis  
Lucem Sanctæ Regulæ.

**U**ndas olim velut Petrus,  
Iubente Patre securus,  
Pedibus calcaverat.

**F**luctibus periclitantem  
Placidum, & naufragantem,  
Saluti reddiderat.

**T**alem Pater Monachorum  
Mittit ad regna Francorum,  
Præceptorem Gentibus.

**H**uic via Orientis  
Benedicti ascendentis  
Fulget in Cœlestibus.

**Q**uantos greges congregat Dño?  
Ipsos Reges regit consilio,  
Et iuvat Pontifices.

**V**itæ formam & virtutis  
Docet, & vias salutis;  
Mentes firmat legibus.

**R**edit lumen cæcutientibus,  
Sanitatem dat morientibus  
Longè fugat dæmones.

**A**udit vocem creatura  
Imperantis, & natura  
Mauri paret nutibus.

**P**ie Pater, Rector morum;  
Apostolo Monachorum;  
Tu memor discipulorum;  
Duc nos per calles Sanctorum  
Ad Cœlorum præmia.

**F**ac nos mundi contemptores,  
Inferni triumphatores;  
Dei veros amatores,  
Ejusdémque possessores  
Per æterna sæcula. Amen.

**A**lleluja.

Sequentia sancti Evangelii se-  
cundum Matthæum.

**I**N illo tempore : Respondens  
Petrus dixit, Domine, si tu es,  
jube me venire ad te super aquas.  
At ipse ait : Veni. Et descendens  
Petrus de navicula, ambulabat  
super aquam, ut veniret ad JE-  
sum. Videns verò ventum vali-  
dum, timuit : & cùm cœpisset  
mergi, clamavit, dicens : Domi-  
ne, Salvum me fac. Et conti-  
nuò Jesus extendens manum,  
apprehendit eum : & ait illi : Mo-  
dicæ fidei, quare dubitasti ? Et  
cùm ascendissent in naviculam,  
cessavit ventus. Qui autem in  
naviculâ erant, venerunt, & ado-  
raverunt eum, dicentes : Verè  
Filius Dei es

**Offertorium.** Ædificabuntur  
in te deserta sæculorum : funda-  
menta generationis & generatio-  
nis fuscitabis : avertens semitas in  
quietem. Et cibabo te hæredi-  
tate patris tui.

**Secreta.**

**A**scendat ad te Domine sacri-  
fici nostri oblatio cum odo-  
re suavitatis : &, interveniente  
pro nobis beati Mauri Abbatis  
suffragio, descendat super nos  
tuæ propitiatio potestatis. Per  
Dominum.

**Communio.** Ego elegi vos &  
posui vos, ut eatis & fructum af-  
feratis, & fructus vester maneat :

ut



ut quodcūque petieritis Patrem  
in nomine meo, det vobis.

**Postcommunio.**

**P**RO acceptis salutis nostræ pi-  
gnoribus & subsidiis gratias  
agentes, imploramus clementiam  
tuam Domine Deus noster: ut cœ-  
lestem benedictionem, quam no-  
bis ex beati Mauri Abbatis patro-  
cinio contulisti, perseverantem ex  
ejus imitatione, tribuas consum-  
mari. Per Dominum nostrum JE-  
sum Christum Filium tuum.

In Festo

Desponsationis B. V.

**MARIÆ**

cum

**S. JOSEPHO****Introitus.**

Audeamus omnes  
in Domino, diem  
festum celebra-  
tes sub honore  
beatæ Mariæ Vir-  
ginis: de cuius Desponsatione  
gaudent Angeli, & collaudant  
Filium DEI.

Psal.  
44.

**Psalms.** Eructavit cor meum  
verbum bonum: dico ego ope-  
ra mea Regi. **Gloria Patri.**

**Oratio.**

**O**Mnipotens mitissime Deus,  
qui beatum Josephum ju-  
stum, Filium David, beatæ Ma-  
riæ Virgini matri tuæ sponsum  
providisti, tuūque Nutritium  
elegisti; da quæsumus, ut ejus

precibus & meritis Ecclesia tua  
tranquillâ pace lætetur: & ad  
perpetuam Visionis tuæ consolatio-  
nem perducatur. **Qui vivis &c.**

**Pro Commem. S. Emerentia-  
næ Virg. & Martyris Oratio.**

**I**NDulgentiam nobis, Domine,  
beata Emerentiana Virgo &  
Martyr imploret, quæ tibi gratia  
semper extitit, & merito castitatis,  
& tuæ professione virtutis. Per D.

**Lectio Isaia Prophetæ.**

**I**N diebus illis: Locutus est  
Dominus ad Achaz, dicens:  
Pete tibi signum à Domino Deo  
tuo in profundum inferni, sive in  
excelsum supra. Et dixit Achaz,  
Non petam, & non tentabo Do-  
minum. Et dixit: Audite ergo  
domus David: Numquid pa-  
rum vobis est, molestos esse ho-  
minibus, quia molesti estis & Deo  
meo? Propter hoc dabit Dominus  
ipse vobis signū. Ecce Virgo con-  
cipiet, & pariet filium, & vocabi-  
tur nomen ejus Emmanuel. Buty-  
rum & mel comedet, ut sciat re-  
probare malum, & eligere bonum.

**Graduale.** Benedicta, & Ve-  
nerabilis es Virgo Maria: quæ si-  
ne tactu pudoris, inventa es ma-  
ter Salvatoris. **Virgo DEI**  
Genitrix, quem totus non capit  
orbis, in tua se clausit viscera,  
factus homo. **Alleluja, Alleluja.**  
**Felix** es sacra Virgo Maria &  
omni laude dignissima: quia ex  
te ortus est sol justitiæ Christus  
Deus noster. **Alleluja.**

E

Sequen-



**Sequentia S. Evangelii**  
secundum Matthæum.

Mat.  
14

**C**um esset desponsata Mater  
Jesu Maria Joseph, ante-  
quam convenirent, inventa est in  
utero habens de Spiritu sancto.  
Joseph autem vir ejus, cum esset  
Justus, & nollet eam traducere, vo-  
luit occultè dimittere eam. Hæc  
autem eo cogitante, ecce Angelus  
Domini apparuit in somnis ei, di-  
cens: Joseph Fili David, noli ti-  
mere accipere Mariam conjugem  
tuam: quod enim in eâ natum est,  
de Spiritu sancto est. Pariet autem  
Filius: & vocabis nomen ejus  
Jesum: Ipse enim salvum faciet  
populum suum à peccatis eorum.

**Offertorium.** Beata es Virgo  
Maria, quæ omnium portasti  
Creatorem: genuisti qui te fecit,  
& in æternum permanes Virgo.

**Secreta**

**L**audis tuæ hostias immola-  
mus Rex Regum, & Domi-  
nus Dominantium, qui, nè à re-  
probo Rege Herode videreris su-  
per terram, per manus beati Jo-  
seph in Ægyptum, & inde in Ju-  
dæam deferri voluisti: præsta qua-  
sumus nobis, ut quem Nutritorem  
in terris habere voluisti, pro nostris  
etiam delictis exaudias orantem  
in Cœlis. Qui cum Deo Patre &  
Spiritu sancto vivis & regnas.

**De S. Emerentianâ Secreta.**

**S**uscipe munera Domine, quæ  
in beatæ Emerentianæ Mar-

tyris tuæ solemnitate deferimus,  
cujus nos confidimus patrocini-  
o liberari. Per Dominum.

**Communio.** Ecce Virgo con-  
cipiet, & pariet filium: & voca-  
bitur nomen ejus Emmanuel.

**Postcommunio.**

**G**ultu salutaris hostiæ recrea-  
ti, Omnipotentiam tuam  
Domine suppliciter exoramus: \*  
Ut qui ad redimendum hominem  
de Cœlo descendens, atque ex  
utero beatæ Mariæ Virginis car-  
nem assumens, beati Joseph ma-  
nibus subdi voluisti, ejus oratio-  
ne semper tuæ nos subdi volun-  
tati; tuisque facias inhærere man-  
datis. Qui vivis & regnas.

**De S. Emerentianâ Postcomm.**

**A**uxilientur nobis, Domine  
sumpta mysteria? & inter-  
cedente beatâ, Emerentianâ Vir-  
gine & Martyre tuâ, sempiter-  
nâ protectione confirmet. \* Per  
Dominum.

In Festo

**S. SCHOLASTI-  
CÆ VIRG.**

**Introitus:**



**S**urge, propera, a-  
mica mea, colum-  
bamea & veni jam  
enim hyems tran-  
siit, imber abiit  
& recessit. **Psalmus.** Quis dabit  
mihi pennas sicut columbæ? &

vola-



volabo & requiescam, **¶** Glo-  
ria Patri.

**Oratio.**

**D**Eus qui beatæ Virginis tuæ  
Scholasticæ animam, ad  
ostendendam innocentie viam,  
in columbæ specie, Cælum pe-  
netrare fecisti: da nobis, ejus  
meritis, innocenter vivere, ut  
ad æterna gaudia mereamur per-  
venire. Per Dominum.

**Lectio Libri Sapientiæ.**

**Q**uis mihi det te fratrem me-  
um, sugentem ubera ma-  
tris meæ, ut inveniam te foris, &  
deosculer te, & jam me nemo  
despiciat? Apprehendam te, &  
ducam in domum matris meæ.  
Ibi me docebis: & dabo tibi po-  
culum ex vino condito; & mu-  
stum malorum granatorum meo-  
rum. Lava ejus sub capite meo,  
& dextera illius amplexabitur  
me. Adjuro vos filiæ Jerusalem,  
nè suscitetis, neque evigilare fa-  
ciatis dilectam, donec ipsa velit.

**Graduale.** Aquæ multæ non  
potuerunt extinguere charita-  
tem, nec flumina obruent illam.

**¶** Si dederit homo omnem sub-  
stantiam domus suæ pro dilectio-  
ne; quasi nihil despiciet eam,

**Alleluia, Alleluia.** **¶** Dile-  
ctus meus mihi & ego illi, qui pa-  
scitur inter lilia, donec aspiret  
dies, & inclinentur umbræ

**Si hoc festum venerit post Se-  
ptuagesimam, omisso Alleluja &**

**versu sequenti, dicitur Tractus.**  
**I**nveni quem diligit anima mea,  
tenui eum, nec dimittam. **¶**

**O**leum effusum nomen tuum:  
ideo adolescentulæ dilexerunt te.

**¶** Trahe me post te, curremus  
in odorem unguentorum tuorum.

**¶** Exultabimus & lætabimur,  
in te memores uberum tuorum  
super vinum, recti diligunt te.

**Sequentia dicenda ad libit.**

**E**Micat meridies;  
**E**t beata requies,  
Virgini Scholasticæ,

**I**ntrat in cubicula,  
Sponsi petit oscula  
Quem amavit unicè.

**Q**uantis eum genitibus  
Cordis & ardoribus  
Hæc dilectum quæsiit.

**M**ovit Cælos lachrymis;  
Imbribusque plurimis  
Pectus fratris molliit.

**O**grata colloquia!  
Cum Cælorum gaudia  
Benedictus explicat.

**A**rdent desideria;  
Mentis & suspiria  
Virgo sponsus excitat.

**V**eni formosissima,  
Sponsa dilectissima,  
Veni coronaberis.

**D**ormies in liliis,  
Afflues delicijs,  
Et inebriaberis.

**O** Columba Virginum,  
Quæ de ripis fluminum,  
Adis aulam gloriæ.



**T**rahe nos odoribus  
Pasce & uberibus  
Immortalis gratiæ, Amen.  
Alleluja,

**S**equentia S. Evangelii  
secundum Matthæum.

Matt.  
25.

**I**n illo tempore : Dixit JESUS  
discipulis suis parabolam hanc :  
Simile erit regnum Cœlorum de-  
cem virginibus : quæ accipien-  
tes lampades suas , exierunt ob-  
viam sponso & sponsæ. Quin-  
que autem ex eis erant fatuæ , &  
quinque prudentes : Sed quinque  
fatuæ , acceptis lampadibus , non  
sumpserunt oleum secum : pru-  
dentes verò acceperunt oleum in  
vasis suis cum lampadibus.  
Moram autem faciente sponso ,  
dormitaverunt omnes , & dor-  
mierunt. Mediâ autem nocte  
clamor factus est : Ecce sponsus  
venit , exite obviam ei. Tunc  
surrexerunt omnes virgines illæ ,  
& ornaverunt lampades suas. Fa-  
tuæ autem sapientibus dixerunt :  
date nobis de oleo vestro : quia  
lampades nostræ extinguuntur.  
Responderunt prudentes , dicen-  
tes. Nè fortè non sufficiat nobis  
& vobis ; ite potiùs ad vendentes ,  
& emite vobis. Dum autem irent  
emere , venit sponsus : & quæ  
paratæ erant , intraverunt cum  
eo ad nuptias , & clausa est Janua.  
Novissimæ verò veniunt & reli-  
quæ virgines , dicentes : Domi-  
ne , Domine , aperi nobis. At

ille respondens , ait : Amen di-  
co vobis , nescio vos. Vigilate,  
itâque , quia nescitis diem , ne-  
que horam.

**Offertorium.** Intonuit Do-  
minus de Cœlo , & Altissimus de-  
dit vocem suam ; grando & car-  
bones ignis ; fulgura multiplica-  
vit , & conturbavit eos , & appa-  
ruerunt fontes aquarum.

**Extra Sept. Alleluja Secreta.**

**S**uscipe quæsumus Domine,  
desideria supplicantium cum  
oblationibus hostiarum ; ut inter-  
veniente beata Scholastica Virgi-  
ne tua , quæ te sincero dilexit a-  
more , fides in nobis & charitas  
augeatur. Per Dominum no-  
strum.

**Communio.** Si manseritis in  
me & verba mea in vobis manserint,  
quodcunque volueritis pete-  
tis , & fiet vobis , dicit Dominus.

**Postcommunio.**

**F**amiliam tuam , quæsumus  
Domine , spirituali cibo sa-  
tiam beatæ Virginis tuæ Scho-  
lasticæ meritis propitius respice :  
ut sicut ipsius precibus , ad obti-  
nendum quod optabat , imbrem  
cœlitus descendere fecisti , itâ  
ejus supplicationibus ariditatem  
cordis nostri supernæ digneris  
gratiæ rore perfundere. Per  
Dominum no-  
strum.



In Festo

**S. JOSEPH**  
CONFESSORIS

Introitus.

XIX  
Mar-  
tii  
Pfal.  
91.

**I**ustus ut palma flo-  
rebit : Sicut ce-  
drus Libani mul-  
tiplicabitur : plan-  
tatus in domo Domini , in atriis  
domus DEI nostri. **Pfal.** Bonum  
est confiteri Domino : & plallere  
nomini tuo Altissime, **ꝯ.** Glo-  
ria Patri.

Oratio.

**S**anctissime Genitricis tuæ  
Sponsi, quæsumus Domine,  
meritis adjuvemur : ut, quod pos-  
sibilitas nostrâ non obtinet, ejus  
nobis intercessione donetur, Qui  
vivis & regnas cum Deo Patre  
in unitate Spiritus sancti DEUS.

Lectio Libri Sapientiæ,

Ecccl.  
45.

**D**ilectus Deo & hominibus,  
cujus memoria in benedi-  
ctione est. Similem illum fecit in  
gloria sanctorum, & magnifica-  
vit eum in timore inimicorum, &  
in verbis suis monstra placavit  
Glorificavit illum in conspectu  
Regum, & iussit illi coram po-  
pulo suo, & ostendit illi gloriam  
suam. In fide & lenitate ipsius  
sanctum fecit illum, & ele-  
git eum ex omni carne. Audivit  
enim eum, & vocem ipsius, & in-  
duxit illum in nubem. Et dedit

illi coram præcepta, & legem  
vitæ & disciplinæ.

**Graduale.** Domine præveni-  
sti eum in benedictionibus dulce-  
dinis, posuisti in capite ejus coro-  
nam de lapide pretioso, **ꝯ.** Vi-  
tam petiit à te, & tribuisti ei lon-  
gitudinem dierum in sæculum  
sæculi.

Pfal.  
20.

**Tractus.** Beatus vir, qui timet  
Dominum : in mandatis ejus cupit  
nimis, **ꝯ.** Potens in terrâ  
erit Semen ejus : generatio re-  
ctorum benedicetur, **ꝯ.** Gloria  
& divitiæ in domo ejus : & justi-  
tia ejus manet in sæculum sæculi.

Pfal.  
3.

Post Pascha omissis Graduali

& Tractu, dicitur, Alleluja, al-  
leluja. **ꝯ.** Amavit eum Domi-  
nus, & ornavit eum : stolam glo-  
riæ induit eum, Alleluja. **ꝯ.**  
Justus germinabit sicut lilium : &  
florebit in æternum ante Domi-  
num. Alleluja.

Ecccl.  
45.Osee  
14.

**Evangelium dicitur ut in De-**  
**sponsatione B. V. Mariæ, Cùm**  
esset desponsata &c. fol. 18.

**Offertorium.** Veritas mea &  
misericordia mea cum ipso : & in  
nomine meo exaltabitur cornu  
ejus.

Pfal.  
88.

Secreta.

**D**ebitum tibi, Domine, no-  
stræ reddimus servitutis,  
suppliciter exorantes : \* ut suf-  
fragiis beati Joseph Sponsi Geni-  
tricis Filii tui JESU Christi Do-



mini nostri, in nobis tua munera tuearis: ob cuius venerandam festivitatem laudis tibi hostias immolamus. Per eundem Dominum.

Mat.  
1.

**Communio.** Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.

**Postcommunio.**

**A**desto nobis quæsumus, misericors Deus: & intercedente pro nobis beato Joseph Confessore, tua circa nos propitiatus dona custodi. Per Dominum nostrum.

In Festo

12.  
Mar.  
tii.

**S. P. N. BENEDICTI ABBATIS.**

**Introitus.**



Audeamus omnes in Domino, diem festum celebrantes, sub honore S. Benedicti Abbatis: de cuius solemnitate gaudent Angeli, & collaudant Filium Dei. **Psal.** Magnus Dominus & laudabilis nimis: in civitate Dei nostri, iam monte Sancto eius. **℟.** Gloria Patri.

**Oratio.**

**O**Mnipotens sempiterne Deus, qui hodiernâ die, carnis educum ergastulo bea-

tum Confessorem tuum Benedictum sublevasti ad Cælum: \* concede quæsumus, hæc festis famulis celebrantibus, cunctorum veniam delictorum, ut qui exultantibus animis, ejus claritati congaudent: ipso apud te interveniente consocientur & meritis. Per Dominum nostrum.

**Lectio Libri Sapientiæ.**

**E**Cce Confessor magnus, qui in vitâ suâ suffulsi domum, & in diebus suis corroboravit templum. Templi etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanaverunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui prævaluit amplificare civitatem, qui adeptus est gloriam in conversatione gentis: & ingressum domus, & atrii amplificavit. Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi solrefulgens, sic ille effulsi in templo Dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia quæ sunt in transitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis. Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne. Quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide

pre-



pretioso. Quasi oliva pullulans,  
& quasi Cypressus in altitudinem  
se extollens. Circa illum corona  
fratrum: & quasi plantatio cedri  
in monte Libano, sic circa illum  
steterunt quasi rami palmæ, & omnes filii Aaron in gloriâ suâ.

**Graduale.** Domine præveni-  
sti eum in benedictionibus dulce-  
dinis: posuisti in capite ejus coro-  
nam de lapide pretioso. **V.** Vi-  
tam petiit à te, & tribuisti ei lon-  
gitudinem dierum in sæculum  
sæculi.

**Tractus.** Beatus vir qui timet  
Dominum: in mandatis ejus cu-  
pit nimis. **V.** Potens in terrâ erit  
semen ejus: generatio rectorum  
benedicetur. **V.** Gloria & divi-  
tiæ in domo ejus: & justitia ejus  
manet in sæculum sæculi.

**Post Pascha.** Alleluja, alle-  
luja. **V.** Justus ut palma flore-  
bit: Sicut cedrus Libani multi-  
plicabitur. Allel. **V.** Justus ger-  
minabit sicut lilium: & florebit  
in æternum ante Dominum.

**Sequentia.**

**L**æta quies magni Ducis,  
Dona ferens novæ lucis  
Hodie recolitur.

**C**aris datur piæ menti,  
Corde sonet in ardenti,  
Quidquid foris promitur.

**H**unc per callem Orientis  
Admiremur ascendentis  
Patriarchæ speciem.

**A**mplum semen magnæ prolis,  
Illum fecit instar solis,  
Abrahæ persimilem.

**C**orvum cernis ministrantem,  
Hinc Eliam latitantem,  
Specu nosce parvulo.

**E**lifæus dignoscatur,  
Cum securis revocatur,  
De torrentis alueo.

**I**llum Joseph candor morum,  
Illum Jacob futurorum  
Mens effecit conscia.

**I**pse memor suæ gentis  
Nos perducatur in manentis  
Semper Christi gaudia, Am  
**Tempore Pasch. Alleluja.**

**S**equentia S. Evangelii  
secundum Matthæum.

**I**n illo tempore: Dixit Petrus  
ad Jesum: Ecce nos reliqui-  
mus omnia, & secuti sumus te:  
quid ergo erit nobis? Jesus au-  
tem dixit illis: Amen dico vo-  
bis, quod vos, qui secuti estis me,  
in regeneratione, cum sederit fi-  
lius hominis in sede Majestatis  
suæ, sedebitis & vos super sedes  
duodecim judicantes duodecim  
tribus Israel. Et omnis qui  
reliquerit domum, vel fratres,  
aut sorores, aut Patrem aut Ma-  
trem, aut uxorem, aut filios, aut  
agros, propter nomen meum:  
centuplum accipiet, & vitam æ-  
ternam possidebit.

**C**redo.

**Offertorium.** Desiderium a-  
nimæ ejus tribuisti ei Domine, &



voluntate labiorum ejus non fraudasti eum : posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso.

**Secreta.**

**O**blatis Domine ad honorem beati Confessoris tui Benedicti placare muneribus ; & ipsius interventu famulis tuis tribue indulgentiam peccatorum. Per Dominum.

Luc.  
12.

**Communio.** Fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam ; ut det illis in tempore tritici mensuram.

**Postcommunio.**

**P**receptis Domine DEus noster salutaribus sacramentis, humiliter deprecamur, ut intercedente beato Benedicto Confessore tuo, quæ pro illius veneranda gerimus solemnitate, nobis proficiant ad salutem. Per Dominum nostrum.

In Festo

24.  
Mar-  
tii.**ARCHANGELI  
GABRIELIS****Introitus.**Psal.  
67.

**R**ævenerunt principes conjuncti psallentibus in medio juvenularum tympanistiarum. **Psalmus.** Exurgat Deus, & dissipentur inimici ejus : & fugiant qui oderunt

ibid.

eum à facie ejus. **Gloria Patri.**

**Oratio.**

**D**Eus qui per Archangelum tuum Gabrielem, Salvatorem mundi Sacratissimæ Virgini concipiendum nuntiasti ; da ut eundem & mente purâ concipiamus, & fervido imitemur affectu, Qui tecum vivit.

**Lectio Libri Apocalyp-**

psis beati Joannis Apostoli.

Apoc  
11.

**E**T Septimus Angelus tuba cecinit ; & factæ sunt voces magnæ in Cælo dicentes : factum est regnum hujus mundi, Domini nostri & Christi ejus, & regnabit in sæcula sæculorum, Amen. Et viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adoraverunt Deum, dicentes : Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es : quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et apertum est templum Dei in cælo : & visa est arca testamenti in templo ejus. Et signum magnum apparuit in Cælo : Mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & in capite ejus corona stellarum duodecim : & in utero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur ut pariat. Et peperit filium masculinum, qui recturus erat omnes gentes in virgâ ferreâ.

Cap.  
12.**Gra-**



Pfal.  
23.

**Graduale.** Attollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales & introibit Rex gloriæ. **℟.** Quis ex iste Rex gloriæ? Dominus fortis, & potens: Dominus potens in prælio.

**Tractus.** Ecce vir unus Gabriel vestitus lineis, & renes ejus accinctus auro obrizo. **℟.** Et corpus ejus quasi chrysolithus, & facies velut species fulguris. **℟.** Et oculus ejus ut lampas ardens, & brachia ejus, & quæ deorsum sunt usque ad pedes, quasi species æris candentis. **℟.** Et vox sermonum ejus quasi vox multitudinis.

**Tempore Paschali.** Alleluja, alleluja. **℟.** Missus est Angelus Gabriel ad Mariam virginem desponsatam Joseph. Alleluja. **℟.** Ecce vir unus Gabriel, quem videram à principio, citò volans tetigit me, & docuit me. Alleluja.

Dan.  
9.

**Sequentia S. Evangelii**  
secundum Lucam.

Luc.  
1.

**I**n illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus ad eam dixit: Ave gratiâ plena: Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone ejus, & cogitabat, qualis esset ista salutatio.

Et ait Angelus ei: Nè timeas Maria, invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies in utero, & paries filium, & vocabis nomen ejus Jesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus: & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis. Dixit autem Maria ad angelum: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? & respondens angelus dixit ei: Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute suâ: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud DEUM omne verbum. Dixit autem Maria: Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. **Credo.**

**Offertorium.** Benedicite Dominum omnes angeli ejus, potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

Pfal.  
102.

**Secreta.**

**E**xaudi Domine preces nostras, quas per archangelum tuum Gabrielem mittimus præsentandas, quibus, suppliciter exoramus: \* ut &

G

hanc



hanc hostiam salutarem, & per eam nos tibi sacros in odorem suavitatis suscipias. Per Dominum.

**Communio.** Ecce Michael unus de principibus primis venit in adiutorium meum.

**Postcommunio.**

**R**oborent nos quæsumus Domine, Sacra, quæ sumpsimus: & favente archangelo tuo Gabriele, in opere efficaces, & in tuo amore fervidi inveniamur. Per Dominum nostrum.

In Festo

**Septem Dolorum  
B. MARIÆ VIR-  
GINIS.**

**Feriâ Sextâ post Dominicam  
Passionis.**

**Introitus.**



Tabat juxta crucem  
Jesu Mater ejus,  
& soror Matris ejus  
Maria Cleophæ, &  
Salomæ, & Maria Magdalene.  
Mulier ecce filius tuus, dixit  
Jesús: ad discipulum autem:  
ecce mater tua. Gloria.

**Oratio.**

**D**eus, in cuius passione, secundum Simeonis prophetiam, dulcissimam animam gloriosæ Virginis & Matris Mariæ doloris gladius pertransivit: con-

cede propitius: ut qui transfixionem ejus & passionem venerando recolimus, gloriosis meritis & precibus omnium sanctorum cruci fideliter astantium intercedentibus, passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis & regnas.

**Lectio Libri Judith.**

**B**enedixit te Dominus in virtute suâ, qui per te ad nihilum redegit inimicos. Benedicta es tu à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus, qui creavit Cœlum & terram, qui hodie nomen tuum magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter angustias & tribulationes generis tui, sed subvenisti ruinæ ante conspectum Dei nostri.

**Graduale.** Dolorosa & lachrymabilis es Virgo Maria, stans juxta crucem Domini Jesu filii tui Redemptoris. Alleluja, alleluja. Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit orbis, hoc crucis fert supplicium vitæ factus homo.

**Post Septuagesimam, omisso Alleluja, dicitur Tractus.** Stabat Sancta Maria, Cœli Regina, & mundi Domina, juxta crucem Domini nostri Jesu Christi dolorosa. O vos omnes, qui

tran-



transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus.

**Tempore Paschali.** Alleluja, alleluja. Stabat sancta Maria Cœli Regina, & mundi Domina, juxta crucem Domini nostri Jesu Christi dolorosa, alleluja. **O** vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus.

**Sequentia semper dicenda.**

**S**tabat Mater dolorosa  
Juxta crucem lachrymosa,  
Dum pendeat filius,

**C**ujus animam gementem,  
Contristantem, & dolentem  
Pertransiuit gladius,

**O** quam tristis & afflicta  
Fuit illa benedicta  
Mater Unigeniti!

**Q**uæ mœrebat, & dolebat  
Et tremebat, cum videbat  
Nati pœnas inclyti.

**Q**uis est homo qui non fletet  
Christi Matrem si videret  
In tanto supplicio?

**Q**uis non posset contristari  
Piam matrem contemplari,  
Dolentem cum filio?

**P**ro peccatis suæ gentis,  
Vidit Jesum in tormentis,  
Et flagellis subditum.

**V**idit suum dulcem natum  
Morientem desolatam,  
Dum emisit Spiritum.

**E**ja Mater, fons amoris,  
Me sentire vim doloris  
Fac, ut tecum lugeam.

**F**ac ut ardeat cor meum,  
In amando Christum Deum,  
Ut tibi complaceam.

**S**ancta Mater istud agas,  
Crucifixi fige plagas  
Cordi meo valide.

**T**ui Nati vulnerati,  
Tam dignati pro me pati,  
Pœnas mecum divide.

**F**ac me verè tecum flere,  
Crucifixo condolere,  
Donec ego vixero.

**J**uxta crucem tecum stare,  
Te libenter sociare  
In planctu desidero.

**V**irgo Virginum præclara,  
Mihî jam non sis amara,  
Fac me tecum plangere.

**F**ac ut portem Christi mortem  
Passionis ejus sortem  
Et plagas recolere.

**F**ac me plagis vulnerari  
Cruce hac inebriari,  
Ob amorem Filii.

**I**nflammatum & accensus,  
Per te virgo sim defensus  
In die judicii.

**F**ac me cruce custodiri  
Morte Christi præmuniri,  
Confoveri gratiâ.

**Q**vando corpus morietur,  
Fac ut animæ donetur  
Paradisi gloria. Amen.

**Tempore paschali dicitur** Allel.

**S**equentia S. Evangelii  
secundum Joannem.

**I**n illo tempore: stabant juxta  
crucem Jesu mater ejus, &



foror matris ejus Maria Cleophæ,  
& Maria Magdalene. Cùm vi-  
disset ergo Jesus matrem & disci-  
pulum stantem, quem diligebat,  
dicit matri suæ: Mulier, ecce fi-  
lius tuus. Deinde dicit discipu-  
lo: Ecce mater tua. Et ex illa  
horâ accepit eam discipulus in  
sua. **Credo.**

**Offertorium.** Recordare Vir-  
gò mater DEI, dum steteris in  
conspectu Domini, ut loquaris  
pro nobis bona, & ut avertas in-  
dignationem suam à nobis.

**Secreta.**

**O**fferimus tibi preces & ho-  
stias Domine Jesu Christe,  
humiliter supplicantes: \* Ut qui  
transfixionem dulcissimi Spiritus  
beatæ Mariæ matris tuæ precibus  
recensemus, suæ suorumque sub  
cruce sanctorum consortium,  
multiplicato piissimo interven-  
tu, meritis mortis tuæ, meritum  
cum beatis habeamus. Qui vi-  
vis & regnas,

**Præfatio.** Et te in transfi-  
xione,

**Communio.** Felices sensus  
beatæ Mariæ Virginis, qui sine  
morte meruerunt martyrii pal-  
mam sub cruce Domini.

**Postcommunio.**

**S**acrificia quæ sumpsimus, Do-  
mine Jesu Christe, transfi-  
xionem Matris tuæ & Virginis  
devotè celebrantes, nobis impe-

trent apud Clementiam tuam o-  
mnis boni salutaris effectum, Qui  
vivis &c.

**Pro commemoratione Feriæ**

**Oratio.**

**C**ordibus nostris quæsumus  
Domine, grâtiâ tuam be-  
nignus infunde: ut peccata no-  
stra castigatione voluntaria cohi-  
bentes, temporaliter potius ma-  
ceremur, quàm suppliciiis depu-  
temur æternis. Per Dominum,

**Secreta.**

**P**ræsta nobis misericors Deus:  
ut dignè tuis servire semper  
altaribus mereamur; & eorum  
perpetua participatione salvari.  
Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.**

**S**umpti sacrificii Domine, per-  
petua nos tuitio non dere-  
linquat: & noxia semper à nobis  
cuncta depellat. Per Dominum,

In Festo

**S. HENRICI**  
**IMPERATORIS.**

xv.  
Juli

**Introitus.**



**S**usti meditabitur  
Sapientiam, & lin-  
gua ejus loquetur  
judicium: Lex

psal.  
36.

Dei ejus in corde ipsius. **Psalmus.**  
**N**oli æmulari in malignantibus;  
neque zelaveris facientes iniquita-  
tem. Gloria Patri.

**Ora-**



## Oratio.

**O**Mnipotens & misericors  
DEus, qui à gloriâ tuâ nul-  
lam conditionem excludis: \* te  
suppliciter exoramus: ut sicut  
beato Henrico Confessori tuo  
post terreni culmen imperii Cœ-  
lestis regni solium contulisti: ita  
meritis ejus & precibus nobis  
quoque famulis tuis æternæ felici-  
tatis præmia largiaris. Per Do-  
minum.

## Lectio Libri Sapientiæ.

**B**Eatus vir qui inventus est sine  
macula, & qui post aurum  
non abiit, nec speravit in pecunia  
& thesauris. Quis est hic &  
laudabimus eum? fecit enim mi-  
rabilia in vitâ suâ. Qui proba-  
tus est in illo, & perfectus est, erit  
illi gloria aterna: qui potuit  
transgredi, & non est transgres-  
sus; facere mala & non fecit: ideo  
stabilita sunt bona illius in Domi-  
no, & elemosynas illius enar-  
rabit omnis Ecclesia sanctorum.

**Graduale.** Justus ut palma  
florebit: sicut cedrus Libani mul-  
tiplicabitur in domo Domini. **V.**  
Ad annunciandum manè miseri-  
cordiam tuam, per noctem. **A**lle-  
luja, alleluja. **V.** Beatus vir qui  
suffert tentationem: quoniam  
cum probatus fuerit, accipiet  
coronam vitæ. Alleluja.

## Sequentia S. Evangelii

secundum Lucam.

Luc.  
12.

**I**N illo tempore: Dixit JESUS  
discipulis suis: sint lumbi ve-  
stri præcincti, & lucernæ arden-  
tes in manibus vestris, & vos simi-  
les hominibus expectantibus do-  
minum suum quando revertatur  
à nuptiis: ut cum venerit, & pul-  
saverit, confestim aperiant ei.  
Beati servi illi, quos, cum vene-  
rit dominus, invenerit vigilantes:  
amen dico vobis, quod præcin-  
get se, & faciet illos discumbe-  
re, & transiens ministrabit illis.  
Et si venerit in secundâ Vigiliâ,  
& si in tertiâ vigiliâ venerit, & ita  
invenerit, beati sunt servi illi.  
Hoc autem scitote, quoniam si  
sciret Paterfamilias, qua horâ fur  
veniret, vigilaret utique, & non  
sineret perfodi domum suam. Et  
vos estote parati: quia qua horâ  
non putatis, filius hominis veniet.

**Offertorium.** Veritas mea &  
misericordia mea cum ipso, & in  
nomine meo exaltabitur cornu  
ejus.

Psal.  
88.

## Secreta.

**L**Audis tibi Domine, hostias  
immolamus, in tuorum com-  
memoratione Sanctorum: \* qui-  
bus nos & præsentibus exui malis  
confidimus & futuris. Per Do-  
minum.

**Communio.** Beatus servus,  
quem cum venerit Dominus, in-  
venerit vigilantem: Amen dico

Matt.  
24.



vobis, super omnia bona sua constituet eum.

**Postcommunio.**

**R**efecti cibo potuque Cœlesti, DEus noster, te supplices exoramus: ut in cuius hæc commemoratione percepimus, ejus muniamur & precibus. Per Dominum nostrum JESUM Christum filium tuum.

In Festo

**S. STEPHANI  
ABBATIS.**

xvi.  
juli.

**Introitus.** Os justi, sicut heri.

**Oratio.**

**E**xcita Domine in Ecclesia tuâ Spiritum, cui beatus Stephanus Abbas servivit; \* ut eodem nos repleti studeamus amare quod amavit, \* & opere exercere quod docuit. Per Dominum. In unitate ejusdem Spiritus sancti Deus.

**Lectio Libri Sapientiæ.**

Eccle.  
45.

**D**ilectus Deo, & hominibus, cujus memoria in benedictione est. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificavit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placavit. Glorificavit illum in conspectu Regum, & jussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum

ex omni carne. Audivit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcepta, & legem vitæ & disciplinæ.

**Graduale.** Domine prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. **V.** Vitam petiit à te, & tribuisti ei longitudinem dierum in sæculum sæculi. **Alleluja, alleluja.** **V.** Justus ut palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur. **Alleluja.**

Psal.  
20.

**Sequentia S. Evangelii**  
secundum Matthæum.

Mat.  
19.

**I**n illo tempore: Dixit Petrus ad JESUM: Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? JESUS autem dixit illis: Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me, in regeneratione, cum sederit filius hominis in sede Majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut Patrem, aut Matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

**Credo.**

**Offertorium.** Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine, & voluntate labiorum ejus non

Psal.  
20.

frau-



fraudasti eum : posuisti in capite  
ejus coronam de lapide pretioso.

**Secreta.**

**S**acris altaribus Domine ho-  
stias superpositas sanctus Ste-  
phanus Abbas quæsumus, in sa-  
lutem nobis provenire deposcat,  
Per Dominum,

Luc.  
12.

**Communio.** Fidelis servus  
& prudens, quem constituit do-  
minus super familiam suam : ut  
det illis in tempore tritici men-  
suram.

**Postcommunio.**

**P**rotegat nos, Domine, cum  
tui perceptione sacramenti  
beatus Stephanus Abbas, pro  
nobis intercedendo : ut & con-  
versationis ejus experiamur insi-  
gnia, & intercessionis percipiamus  
suffragia. Per Dominum nostrum.

In Festo

**SUSCEPTIO-  
NIS S. CORONÆ.**XI.  
Aug.**Introitus.**

**G**Audeamus omnes  
in Domino, diem  
festum celebra-  
tes sub honore co-  
ronæ Domini : de cujus susceptio-  
ne gaudent Angeli & collaudant  
Filium Dei. **Psalms.** Omnes  
gentes plaudite manibus : Jubi-  
late DEO in voce exultationis.  
& Gloria.

**Oratio.**

**P**Ræsta quæsumus Omnipoten-  
s DEUS : \* ut qui in me-  
moriam Passionis Domini nostri  
Jesu Christi coronam ejus spi-  
neam veneramur in terris ? ab ipso  
gloriâ & honore coronari merea-  
mur in Coelis. Qui tecum vivit,

**In Missis privatis pro Com-  
memoratione SS. Tiburtii & Su-  
fannæ MM.**

**Oratio.**

**S**anctorum tuorum Martyrum  
Tiburtii & Susannæ nos fo-  
veant continuata præsidia, quia  
non desinis propitius intueri,  
quos talibus auxiliis concesseris  
adjuvari. Per Dominum.

**Lectio Libri Sapientiæ**Cant.  
3.

**L**Ectulum Salomonis Sexagin-  
ta fortes ambiunt ex fortif-  
simis Israel, omnes tenentes gla-  
dios, & ad bella doctissimi. Unius-  
cujusque ensis super femur suum,  
propter timores nocturnos. Fer-  
culum fecit sibi rex Salomon de  
lignis Libani, columnas ejus fe-  
cit argenteas, reclinatorium au-  
reum, ascensum purpureum, me-  
diâ charitate constravit, propter  
filias Jerusalem. Egredimini &  
videte filia Sion regem Salomo-  
nem in diademate, quo corona-  
vit eum mater sua in die despon-  
sationis illius, & in die lætitiæ  
cordis ejus. Quàm pulchra es  
amica mea, quàm pulchra es : o-



culi tui columbarum, absque eo quod intrinsecus latet. Veni de Libano sponsa mea: veni de Libano, veni coronaberis.

**Graduale.** Corona aurea super caput eius; expressa signo sanctitatis, gloria honoris & opus fortitudinis. **V.** Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. **Alleluja, alleluja.** **V.** Dulcis spina, dulcis Christi dulcem pungens verticem: quæ sola fuisti digna coronate Regem Cælorum & Dominum, Alleluia.

Ecccl.  
45.Psal.  
20.Joan.  
19.

**Sequentia S. Evangelii**  
secundum Joannem.

**I**n illo tempore Apprehendit Pilatus Jesum, & flagellavit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: & veste purpureâ circumdederunt eum, Et veniebant ad eum, & dicebant: Ave rex Judæorum. Et dabant ei alapas. Exivit ergo iterum Pilatus foras, & dicit eis: Ecce adduco vobis eum foras, ut cognoscatis, quia nullam invenio in eo causam: Exivit ergo Jesus portans coronam spinam, & purpureum vestimentum.

**Credo.**

**Offertorium.** L'auda Jerusalem Dominum, quia dabit tibi coronam pro cinere: & eris corona gloriæ in manu domini, & dia-

Psal.  
61. &  
62.

dema Regni in manu Dei tui Alleluja.

**Secreta.**

**T**uorum militum corda, Rex Omnipotens, virtute corrobora: ut quos in hujus mortalitatis stadio Unigeniti filii tui coronâ lætificas, consummato cursu certaminis, immortalitatis bravium apprehendant. Per eundem Dominum.

**Pro SS. Tiburtio & Susanna**

**Secreta.**

**A**desto Domine, precibus populi tui, adesto muneribus; ut quæ sacris sunt oblata mysteriis, tuorum tibi placeant, intercessione sanctorum. Per Dominum.

**Præfatio de Cruce.** Qui salutem, I.

**Communio.** Lætare mater nostra: quia dabit Dominus capiti tuo Augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.

Prov.  
4.

**Postcommunio.**

**S**upplices te rogamus, omnipotens <sup>leg</sup>\* ut hæc sacramenta quæ sumpsimus, per sanctæ Filii tui coronæ (cujus solemnitas recensemus) virtutem, nobis proficiant ad salutem. Per eundem Dominum.

**Pro SS. Tiburtio & Susanna**

**Postcommunio.**

**S**umpsimus Domine pignus redemptionis æternæ: \* quod

fit



lit nobis quæsumus, intervenien-  
tibus sanctis Martyribus tuis, ?  
vitæ præsentis auxilium, pariter  
& futuræ. \* Per Dominum.

In Festo

**S. P. N. BERNARDI.**

PRIMI CLAREVALLIS  
ABBATIS,

**Et Ecclesiæ Doctoris**

Introitus.

**I**n medio Ecclesiæ  
aperuit os ejus, &  
implevit eum Do-  
minus Spiritu Sa-  
pientiæ & intellectu: stolam  
gloriæ induit eum. **Psalmus.** Bo-  
num est confiteri Domino & psal-  
lere nomini tuo, Altissime. **℣.**  
Gloria Patri.

Oratio

**P**erfice quæsumus Domine  
pium in nobis sanctæ religio-  
nis affectum, \* & ad obtinendam  
tuæ gratiæ largitatem, ? Bea-  
tus Bernardus Abbas & Do-  
ctor egregius suis apud te sem-  
per pro nobis meritis & precibus  
intercedat. \* Per Dominum.

Lectio Libri Sapientiæ.

**D**ilectus DEO & hominibus,  
cujus memoria in benedi-  
ctione est. similem illum fecit  
in gloriâ sanctorum, & magnifi-  
cavit eum in timore Inimicorum,

& in verbis suis monstra placavit  
Glorificavit illum in conspectu  
regum, & jussit illi coram populo  
suo, & ostendit illi gloriam suam.  
In fide & lenitate ipsius sanctum,  
fecit illum, & elegit eum ex omni  
carne. Audivit enim vocem,  
ipsum, & induxit illum in nubem,  
Et dedit illi coram præcepta, &  
legem vitæ, & disciplinæ.

**Graduale.** Domine præveni-  
sti eum in benedictionibus dul-  
cedinis: posuisti in capite ejus  
coronam de lapide pretioso. **℣.**  
Vitam petiit à te, & tribuisti ei  
longitudinem dierum in sæculum  
sæculi. **Alleluja, alleluja, ℣.**  
Charitate vulneratus, castitate  
dealbatus, verbo vitæ laurea-  
tus, est Bernardus sublimatus in  
gloria. **Alleluja.**

**Quando per Annum dicitur  
Missæ Votivæ de S. Bernardo,  
post Septuagesimam omisso Alle-  
luja, & versu sequenti, dicitur  
Tractus.**

**Beatus Vir qui timet Domi-  
num: in mandatis ejus cupit ni-  
mis. ℣.** Potens in terra erit se-  
men ejus: generatio rectorum,  
benedicetur. **℣.** Gloria & divi-  
tiæ in domo ejus: & justitia ejus  
manet in sæculum sæculi.

**Tempore Paschali omittitur  
Graduale, & ejus loco dicitur. Al-  
leluja, alleluja, ℣.** Justus ger-  
minabit sicut lilium, & florebit  
in æternum ante Dominum, Al-

leluja.

I

Eccel.  
15.

Psal.  
91

Psal.  
20.

Psal.  
III.

Eccel.  
45.

Osee  
14.



leluja. *Ps.* charitate vulneratus, castitate dealbatus verbo vitæ laureatus est Bernardus sublimatus in gloriâ. Alleluja.

Matt.  
19.

**Sequentia S. Evangelii**  
secundum Matthæum.

**I**n illo tempore : Dixit Petrus ad JESUM : Ecce nos reliquimus omnia , & secuti sumus te . Quid ergo erit nobis ? JESUS autem dixit illis . Amen dico vobis , quòd vos , qui secuti estis me , in regeneratione , cum sederit filius hominis in sede Majestatis suæ , sedebitis & vos super sedes duodecim , judicantes duodecim tribus Israel . Et omnis qui reliquerit domum , vel fratres , aut sorores , aut Patrem , aut matrem , aut uxorem , aut filios , aut agros , propter nomen meum , centuplum accipiet , & vitam æternam possidebit . **Credo.**

Psal.  
20.

**Offertorium.** Desiderium animæ ejus tribuisti ei Domine : & voluntate labiorum ejus non fraudasti eum : posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso .

**Secreta.**

**G**Rata tibi sit , Deus , intercedente beato Bernardo , hujus oblatio Sacramenti , quod in memoriam passionis Unigeniti tui , tuæ offerimus majestati . Per eundem .

**Præfatio** Et te in Assumptione .Matt.  
19.

**Communio.** Amen dico vobis quòd vos , qui reliquistis o-

mnia , & secuti estis me , centuplum accipietis , & vitam æternam possidebitis .

**Postcommunio.**

**S**uum in nobis , omnipotens DEUS , intercedente beato Bernardo , cibus , quem sumpsimus , operetur effectum : ? ut incorporet nos sibi esus edentes . \* Qui tecum vivit .

In Festo

**S. STEPHANI**  
REGIS HUNGARIÆ.

II.  
Sept.

*Missa dicitur sicut in Festo S. Henrici Imperatoris fol. 28. excepta oratione & Evangelio.*

**Oratio.**

**C**oncede quæsumus Ecclesiæ tuæ Omnipotens DEUS , \* ut beatum Stephanum Confessorem tuum , quem regnantem in terris propagatorem habuit , ? propugnatorem habere mereatur gloriosum in Cœlis . Per Dominum .

**Sequentia S. Evangelii**  
secundum Lucam.

Luc.  
19.

**I**n illo tempore : Dixit JESUS discipulis suis parabolam hanc . Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum , & reverti . Vocatis autem decem servis suis , dedit eis decem mnas , & ait ad illos : Negotiamini dum venio . Cives au-

tem



tem ejus oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut rediret accepto regno: & jussit vocari servos, quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus, dicens: Domine mna tua decem mnas acquisivit. Et ait illi: Euge serve bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem civitates. Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque civitates. Et alter venit dicens: Domine ecce mna tua, quam habui repositam in sudario. Timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dicitei: de ore tuo te judico, serve nequam. Sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminavi. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cumi usuris utique exegissem illam? Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur, & abundabit: ab eo autem, qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.

In Festo

## SANCTORUM ANGELORUM CU- STODUM.

Dominicâ I. Septemb.

Introitus.



**B**enedicite Domi-  
num omnes An-  
geli ejus, poten-  
tes virtute, qui fa-  
citis verbum ejus, ad audien-  
dam vocem sermonum ejus.

Psal.  
102.

**Psalms.** Benedic anima mea  
Domino: & omnia, quæ in trame  
sunt, nomini sancto ejus. **G**  
Gloria Patri.

ibid.

Oratio.

**D**eus qui ineffabili providen-  
tiâ sanctos Angelos tuos ad  
nostram custodiam mittere digna-  
ris: ? largire supplicibus tuis, \*  
& eorum semper protectione de-  
fendi, ? & æternâ societate gau-  
dere. \* Per Dominum.

Lectio Libri Exodi.

Exo.  
23.

**H**æc dicit Dominus DEUS:  
Ecce ego mitto Angelum  
meum; qui præcedat te & custo-  
diat in viâ, & introducat in locum,  
quem paravi. Observa eum &  
audi vocem ejus, nec contemnen-  
dum putes: quia non dimittet te  
cum peccaveris, & est nomen  
meum in illo. Quod si audieris  
vocem ejus, & feceris omnia,



quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te: præcedetque te Angelus meus.

Pfal.  
90.

**Graduale.** Angelis suis Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis.

**Ps.** In manibus portabunt te, ne unquam offendas ad lapidem pedem tuum.

**Alleluja, alleluja.** **Ps.** Benedicite Domino, omnes virtutes ejus, Ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus. Alleluja.

Mat.  
18.

**Sequentia S. Evangelii**  
secundum Matthæum.

**I**N illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis putas major est in regno Cælorum? Et Advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, & dixit: Amen dico vobis nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumque ergo humiliaverit se, sicut parvulus iste, hic est major in regno Cælorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt: expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Necessè est enim ut veniant scandala: verumtamen væ homini illi, per quem scan-

dalum venit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscinde eum & projice abs te. Bonum tibi est ad vitam ingredi, debilem vel claudum, quàm duas manus vel duos pedes habentem, mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te: erue eum, & projice abs te. Bonum tibi est cum uno oculo in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia Angeli eorum in Cælis semper vident faciem Patris mei, qui in Cælis est. Credo.

**Offertorium.** Benedicite Dominum omnes Angeli ejus, Ministri ejus, facientes verbum illius, ad audiendam vocem sermonum ejus.

Pfal.  
101.

**Secreta.**

**S**uscipe Domine munera, quæ pro sanctorum Angelorum tuorum veneratione deferimus: & concede propitius, ut perpetuis eorum præsiidiis, à præsentibus periculis liberemur, & ad vitam perveniamus æternam. Per Dominum.

**Communio.** Benedicite omnes Angeli Domini Domino: hymnum dicite, & superexaltate eum in sæcula.

Dan.  
3.

**Postcommunio.**

**S**umpsimus Domine divina Mysteria sanctorum Angelo-

rum



rum tuorum festivitate lætantes :  
\* quæsumus , ut eorum prote-  
ctione ab hostium jugiter libere-  
mur insidiis, ? & contra omnia  
adversa muniamur. \* Per Do-  
minum.

In Festo

**SANCTISSIMI**  
NOMINIS B. MARIE  
VIRGINIS.

Die Dominica infra Octavam  
Nativitatis B. V. M.

Introitus.



Ultum tuum depre-  
cabuntur omnes  
divites plebis, ad-  
ducentur Regi vir-  
gines post eam, proximæ ejus ad-  
ducentur tibi in lætitiâ & exulta-  
tione. **Psalmus.** Eructavit cor  
meum verbum bonum : dico ego  
opera mea Regi. **℣.** Gloria.

Oratio.

**C**oncede, quæsumus, Omni-  
potens DEUS, ? ut fideles  
tui, qui sub sanctissimæ Virginis  
Mariæ Nomine, & protectione,  
lætantur : \* ejus piâ intercessio-  
ne, à cunctis malis liberentur in  
terris, ? & ad gaudia æterna per-  
venire mereantur in Cœlis. \*  
Per Dominum.

**Et fit Commemor. Dominicæ**  
**occur.**

**L**ectio Libri Sapientiæ

**E**Go quasi vitis fructificavi  
suavitatem odoris : & flores  
mei fructus honoris & honestatis.  
Ego mater pulchræ dilectionis,  
& timoris, & agnitionis, & fan-  
ctæ spei. In me gratia omnis viæ  
& veritatis, in me omnis spes  
vitæ & virtutis. Transite ad me  
omnes qui concupiscitis me, & à  
generationibus meis adimplemi-  
ni. Spiritus enim meus super mel  
dulcis, & hæreditas mea super  
mel & favum. Memoria mea in  
generationes sæculorum. Qui  
edunt me, adhuc esurient : & qui  
bibunt me, adhuc sitient. Qui  
audit me, non confundetur : &  
qui operantur in me non pecca-  
bunt. Qui elucidant me, vitam  
æternam habebunt.

**Graduale.** Benedicta & ve-  
nerabilis es Virgo Maria : quæ si-  
ne tactu pudoris, inventa es ma-  
ter Salvatoris. **℣.** Virgo DEI  
Genitrix, Quem totus non capit  
orbis, in tua se clausit viscera  
factus homo.

**Alleluja, alleluja.** **℣.** Post  
partum Virgo inviolata perman-  
sisti, DEI Genitrix intercede  
pro nobis. Alleluja.

**Evangelium.** In illo tempo-  
re : missus est Angelus Gabriel  
&c. in festo S. Gabrielis Archangeli, fol. 24.

**Offertorium.** Ave Maria, gra-

K

tiâ



tiâ plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus & benedictus fructus ventris tui.

**Secreta.**

**T**Uâ Domine propitiatione, & beatæ Mariæ semper virginis intercessione, ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per Dominum.

**Deinde pro Dominica.**

**Præfatio de B. V. Et te in Festivitate.**

**Communio.** Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium, alleluja.

**Postcommunio.**

**S**umptis Domine, salutis nostræ subsidiis: \* da quæsumus beatæ Mariæ semper Virginis patrociniis nos ubique protegi: ? in cujus veneratione, hæc tuæ obtulimus Majestati, \* Per Dominum.

**Deinde de Dominica.**

**In fine Missæ legitur Evangelium Dominicæ.**

In Festo

**S. HEDWIGIS.**

**Introitus.**



Audeamus omnes in Domino diem festum celebrantes sub honore Hedviginis electæ: de cujus so-

lemnitate gaudent Angeli: & collaudant Filium DEI. **Psalms.** Eructavit cor meum verbum bonum, dico ego opera mea Regi.

Psal.  
44.

**Oratio.**

**D**Eus gratiæ dator & gloriæ, tuæ nobis propitius sinum aperipietatis & præsta: \* ut qui manentem Civitatem hic non habemus, ? ad futuram quam quærimus, beatæ Hedviginis interveniente suffragio perducamur. Per Dominum.

**In Translatione S. Hedviginis**

**Oratio.**

**D**A nobis quæsumus Omnipotens DEUS; in te semper gloriari, & concede propitius: \* Ut qui beatæ Hedviginis Translationis diem annuâ devotione veneramus, ? ipsius adjuti suffragio tuam gratiam consequamur. Per Dominum nostrum.

**Lectio Libri Sapientiæ.**

**M**ulierem fortem quis inveniet? procul & de ultimis finibus pretium ejus. Confidit in eâ cor viri sui: & spoliis non indigebit. Reddet ei bonum & non malum: omnibus diebus vitæ suæ. Quæsit lanam & linum; & operata est consilio manuum suarum. Facta est quasi navis infitoris; de longe portans panem suum: Et de nocte surrexit; deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis: conside-

Prov.  
31.

ravit



ravit agrum & emit eum : de fructu manuum suarum plantavit vineam. Accinxit fortitudine lumbos suos ; & roboravit brachium suum. Gustavit & vidit , quia bona est negotiatio ejus ; non extinguetur in nocte lucerna ejus. Manum suam misit ad fortia : & digiti ejus apprehenderunt fufum. Manum suam aperuit inopi , & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domus suæ a frigoribus nivis ; omnes enim domestici ejus vestiti sunt duplicibus : stragulatam vestem fecit sibi : byssus & purpura indumentum ejus. Nobilis in portis vir ejus ; quando sederit cum Senatoribus terræ. Sindonem fecit & vendidit , & cingulum tradidit Chananæo. Fortitudo & decor indumentum ejus , & ridebit in die novissimo. Os suum aperuit sapientiæ , & lex clementiæ in lingua ejus. Consideravit semitas domus suæ , & panem otiosa non comedit. Surrexerunt filii ejus & beatissimam prædicaverunt ; vir ejus & laudavit eam. Multæ filiæ congregaverunt divitias , tu supergressa es universas. Fallax gratia & vana est pulchritudo : Mulier timens Dominum , ipsa laudabitur. Date ei de fructu manuum suarum , & laudent eam in portis opera ejus.

Psal.  
45.

**Graduale.** Adjuvabit eam , Deus vultu suo : DEus in medio ejus non commovebitur. **℟.** Flu-

minis impetus lætificat civitatem Dei ; sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

**Alleluja, alleluja. ℞.** O felix Hedyvigis gaudens in Cœlis ! Solamen pauperum ; intercede pro nobis ad Dominum. Alleluia.

**Sequentia S. Evangelii** Matt. 13.  
secundum Matthæum.

**I**N illo tempore : Dixit JESUS discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnum Cœlorum thesauro abscondito in agro : quem qui invenit homo , abscondit , & præ gaudio illius vadit , & vendit universa quæ habet , & emit agrum illum. Iterum simile est regnum Cœlorum homini negotiatori , quæ renti bonas margaritas. Inventâ autem unâ pretiosâ margaritâ , abiit & vendidit omnia quæ habuit , & emit eam. Iterum simile est regnum Cœlorum sagenæ missæ in mare , & ex omni genere piscium congreganti. Quam , cum impleta esset eduentes & secus littus sedentes , elegerunt bonos in vasa , malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi. Exhibunt Angeli , & separabunt malos de medio justorum , & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia ? Dicunt ei : Etiam. Ait illis : Ideo omnis scribe doctus in regno Cœlorum , similis



<sup>hominis</sup>  
est, Patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova & vetera.

**Offertorium.** Diffussa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum & in sæculum sæculi.

**Secreta.**

**V**ultu Domine nos placito respice, ea quæ de tuâ manu recepimus offerentes: & ut ipsa munera tibi placeant, quod in nobis oculis tuis displicet, beatæ Hedvvigis precibus tuæ gratiæ benignitatis abstergat. Per Dominum.

Mat.  
13.

**Communio.** Simile est regnum Cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas; inventa autem unâ pretiosâ margaritâ dedit omnia sua & comparavit eam.

**Postcommunio.**

**S**umpta quæsumus Omnipotens Deus hostia salutaris ab adversis nos omnibus tueatur incurfibus: & post hujus labores exilii, beatæ Hedvvigis intervenientibus meritis, ducat tandem ad requiem opulentam. Per Dominum.

In Festo

3.  
Nov.

**S. MALACHIÆ**  
Episcopi & Confessoris.

**Introitus.**



Tatuit ei Dominus testamentum pacis, & principem fecit eum: ut sit illi

sacerdotii dignitas in æternum. **Psalms.** Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus: & Gloria Patri.

**Oratio.**

**D**eus qui Beatum Malachiam Pontificem sanctissimo Patri Bernardo veræ charitatis fœdere dulciter sociasti, concede propitius: \* ut & pravorum omnium consensus noxios cautè vitemus, & Cœlestis militiæ sacras amicitias semper optemus. \* Per Dominum.

**Et fit Commemoratio de Octava Omnium sanctorum.**

**Oratio.**

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium sanctorum <sup>suorum</sup> merita sub unâ tribuisti celebritate venerari: quæsumus, ut desideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. \* Per Dominum.

**Lectio Libri Sapientiæ.**

**E**cce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est justus: & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi, Ideo jurejurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium Gentium dedit illi: & testamentum suum confirmavit super caputejus. Cognovit

Ecc.  
44.  
&  
45.

eum



eum in benedictionibus suis: conservavit illi misericordiam suam, & invenit gratiam coram oculis Domini. Magnificavit eum in conspectu Regum, & dedit illi coronam gloriae. Statuit illi testamentum sempiternum, & dedit illi sacerdotium magnum, & beatificavit illum in gloria. Fungi sacerdotio; & habere laudem in nomine ipsius: & offerre illi incensum dignum, in odorem suavitatis.

ibid.

**Graduale.** Ecce Sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. **Ps.** Non est inventus similis illi qui conservaret legem Excelsi.

Oseez  
14.

**A**lleluja, alleluja. **Ps.** Justus germinabit sicut lilium, & florebit in aeternum ante Dominum. Alleluja.

Mat.  
24.

**Sequentia S. Evangelii**  
secundum Matthaeum.

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Vigilate, quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote: quoniam si sciret paterfamilias, qua hora fur venturus esset; vigilareret utique, & non sineret perforari domum suam. Ideo & vos estote parati; quia nescitis qua hora filius hominis venturus sit. Quis putas, est fidelis servus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille servus, quem cum venerit,

Dominus ejus, invenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. **Credo.**

**Offertorium.** Justus ut palma florebit, sicut cedrus, quae in Libano est, multiplicabitur.

Psal.  
91**Secreta.**

**P**rofit nobis, Domine, quaesumus, intercedente beato Malachia Pontifice, praesens oblatio salutaris, ut per hanc cunctorum consequamur veniam peccatorum, & beatificatorum obtineamus gratiam meritorum. Per Dominum.

**De Octava omnium Sanctorum.****Secreta.**

**M**unera tibi, Domine, nostrae devotionis offerimus: quae & pro cunctorum tibi grata sint honore Justorum; & nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum.

**Communio.** Beatus servus, quem cum venerit Dominus, invenerit vigilantem; Amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Mat.  
24.**Postcommunio.**

**P**raesta, quaesumus, Domine Deus noster: \* Ut Ecclesia tua, quae de beati Malachiae Pontificis veneratione letatur, & sanctitatis in praesenti bona sectetur, & in futuro beatitudinem capiat sempiternam. \* Per Dom.



**De Octava omn. sanct. Postcom.**

**D**A quæsumus Domine, fidelibus populis omnium sanctorum semper veneratione lætari, & eorum perpetuâ supplicatione muniri. \* Per Dominum,

In Festo

**B. V. MARIÆ**  
De VICTORIA

**Dominicâ post Octavam omnium Sanctorum.**

Introitus.



Alve Sancta pãrens enixa puerpera Regem: qui Cœlum terramque re-

Psal.  
44.

git in secula seculorum. **Psalmus.**

**E**ruçtavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea Regi.

**Gloria.**

Oratio.

**C**oncede nos famulos tuos, quæsumus Domine DEUS, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere; & gloriosa beatæ Mariæ semper Virginis intercessionem à præsentem liberari tristitiâ: \* & æterna perfrui lætitiâ. Per Dominum.

**Lectio Libri Sapientiæ.**

Ecccl.  
24.

**A**B initio & ante sæcula creata sum: & usque ad futurum sæculum non desinam: & in habitatione sanctâ coram ipso mini-

stravi. Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificatâ similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato: & in parte DEI mei hæreditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

**Graduale.** Benedicta & venerabilis es Virgo Maria: quæ sine tactu pudoris, inventa es mater Salvatoris.

**V.** Virgo Dei Genitrix, quem totus non capit orbis, in tua seclausit viscera, factus homo.

**Alleluja, alleluja, V.** Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: quia ex te ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster. **Alleluja**

**Dum hæc Missa est Votiva, nimirum à Pentecoste usque ad Adventum, loco ultimi versus dicitur sequens.**

**Alleluja, alleluja, V.** Post partum Virgo inviolata permansisti: Dei Genitrix intercede pro nobis. **Alleluja.**

**Sequentia S. Evangelii secundum Lucam.**

**I**N illo tempore: Loquente **JESU** ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti. At ille dixit: Quin imò beati, qui audiunt Verbum DEI, & custodiunt illud, **Credo.**

Luc.  
11.

offer.



**Offertorium.** Ave Maria gratiā plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus; & benedictus fructus ventris tui.

**Secreta.**

**T**Uā Domine propitiatione & beatæ Mariæ semper Virginis intercessione, ad perpetuam atque præsentem hæc oblatio nobis proficiat prosperitatem & pacem. Per Dominum.

**Commun.** Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris filium.

**Postcommunio.**

**S**umptis Domine salutis nostræ subsidiis: \* Da quæsumus beatæ Mariæ semper Virginis patrocinii nos ubique protegi: in cuius veneratione, hæc tuæ obtulimus Majestati: \* Per Dominum.

In Festo

**OMNIUM SANCTORUM ORDINIS.****Introitus.**

Ultræ tribulationes justorum, & de his omnibus liberavit eos Dominus: custodit omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur.

**Psalms.** Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. Gloria.

**Oratio.**

**C**oncede quæsumus omnipotens Deus: \* ut ad meliorem vitam sanctorum tuorum exempla nos provocent, quatenus quorum solemnia agimus, etiam actus imitemur. \* Per Dominum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Corinthios.**

2. Cor. 6.

**F**ratres: exhibeamus nosmet ipsos sicut Dei Ministros, in multa patientiā, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suavitate, in Spiritu sancto, in charitate non fictā, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma justitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: ut seductores, & veraces, sicut qui ignoti & cogniti: quasi morientes, & ecce vivimus: ut castigati, & non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes & omnia possidentes.

**Graduale.** Ecce quàm bonum & quàm jucundum habitare fratres in unum, Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Psal. 132.

**A**lleluja, alleluja. Sancti & justii in Domino gaudente, vos



elegit Deus in hæreditatem sibi.  
Alleluja.

**Sequentia S. Evangelii**  
secundum Matthæum.

**I**N illo tempore : Dixit Petrus ad Jesum : Eccenos reliquimus omnia, & secuti sumus te : quid ergo erit nobis ? Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit filius hominis in sede Majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum vel fratres, aut sorores, aut Patrem, aut Matrem aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Credo.

Psal.  
31.

**Offertorium.** Lætamini in Domino ; & exultate justi, & gloriamini omnes recti corde.

**Secreta.**

**H**ostias tibi, Domine sanctorum tuorum dicatas meritis benignus assume : & ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dominum.

Sap.  
3.

**Communio.** Justorum animæ in manu DEI sunt, & non tanget illos tormentum mortis, visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace.

**Postcommunio.**

**Q**uæsumus Domine, salutaribus repleti mysteriis : \*

ut sanctorum tuorum, quorum solemnia celebramus, ? Orationibus adjuvemur : Per Dominum.

In Festo

**S. EDMUNDI.** 16.  
Nov.

Episcopi & Confessoris.

**Missa Statuit ei Dominus, ut in Festo S. Malachiæ, omisso Credo. Et dicuntur orationes sequentes.**

**Oratio.**

**D**Eus qui largifluæ bonitatis consilio Ecclesiam tuam, beati Edmundi Confessoris tui atque Pontificis præclaræ vitæ meritis decorasti, & gloriosis lætificasti miraculis, ? Concede propitius nobis famulis tuis : \* ut & ipsius in melius reformemur exemplis, & ab omnibus ejus patrocinio protegatur adversis. Per Dominum.

**Secreta.**

**B**Eati Edmundi Confessoris tui atque Pontificis meritis quæsumus, Domine, munera tibi offerenda complacent, & oblata nobis proficiant ad salutem. \* Per Dominum.

**Postcommunio.**

**M**entes nostras, quæsumus Domine, susceptis roborata Sacramentis : \* & sicut eas beati Edmundi Confessoris tui atque Pontificis dignatus es nobis con-

forta-



fortare miraculis, ? sic etiam juvare suffragiis, & illustrare digneris exemplis. Per Dominum,

## MISSAVOTIVA

De

### SANCTA ANNA,

Introitus.

**D**ilexisti justitiam, & odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus tuus, oleo lætitiæ præ confortibus tuis.

**Psalms.** Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. **ꝫ.** Gloria.

Oratio.

**D**eus qui Beatæ Annæ tantam gratiam donare dignatus es \* ut beatissimam Virginem Mariam Matrem tuam in suo utero glorioso portare mereretur, ? da nobis quæsumus per intercessionem Matris & filię tuæ propitiationis abundantiam: \* ut quarum memoriam pio amore complectimur, ? earum præclaris meritis & precibus ad Cœlestem Jerusalem pervenire mereamur: \* Qui vivis & regnas cum Deo Patre.

**Lectio Libri Sapientię**

Mulierem fortem. **ut in festo S. Hedvvigis fol. 38.**

**Graduale.** Dilexisti justitiam,

& odisti iniquitatem. **ꝫ.** Propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.

**Alleluja, alleluja.** **ꝫ.** Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Alleluja.

Prosa ad libitum.

Salve mater Matris Christi,  
Tu quæ felix conscendisti,  
Jubilans ad æthera.

Iter nobis para tutum  
Ut in Domini virtutum,  
Collocemur Dextera, Amen.

**Evangelium ut in festo S. Hedvvigis. fol. 38.**

**Offertorium.** Filię Regum <sup>psal. 44.</sup> in honore tuo, astitit Regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

Secreta.

**S**uper has oblationes quæsumus Omnipotens Deus, quæ in memoriam beatissimæ Annæ Matris Sanctissimæ Genitricis Unigeniti filii tui Domini nostri consecrantur; tuam effunde benedictionem; & per eas nobis tribue cordium purificationem, & munerum tuorum veram participationem. Per eundem.

**Communio.** Diffusa est gratia <sup>psal. 44.</sup> in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum, & in seculum seculi.

M

Post-



## Postcommunio.

**S**umpta Sacramenta quæsumus Domine : intercedente beatâ Anna Matre gloriosæ Genitricis Unigeniti nos ab hostium defendant formidine : & æternæ mortis amaritudine, Per eundem Dominum.

**MISSA**  
DE  
**SANCTIS XIV**  
AUXILIATORIBUS.

**M**issam hanc in Italia primùm institutam esse probabile faciunt SS. Cyriacus & Eustachius, extra illam vix noti : abrogavit autem eam Urbanus VIII, non quia (ut Baptista de Franchis hallucinando excusat) evulgata est absque approbatione Sac. Congregationis rituum, cum ipsa Missa multò sit antiquior, quàm ejusmodi Congregationis institutio : sed quia dicta Congregatio, Missali Romano ad antiquam puritatem reducendo intenta, expungi jussit, quidquid ex privato quarundam Ecclesiarum particularium usu undecunque irrepserat, ipsùmque talium singularitatum usum partim abolendum, partim restringendum censuit. Ita nunc usurpari desierunt Missæ de Pietate Dominæ nostræ &c: aliæque plures inveniendæ in Ultrajectino Missali aliisque vetustis particula-

rium Ecclesiarum, quæ nunc Romano utuntur. Sed per hoc nihil de rogatur laudabili eosdem sanctos privatim aut publicè invocandi usui, etiam per Missæ sacrificium, adhibendo Missas vel Communes, vel proprias in Missali Romano antiquitus, & legitime ordinatas. Ità PP. Godefridus Hentschenius & Daniel Papebrochius Soc. Jesu Tom. 3. 23. Aprilis Cap. 7, num. 66.

## Introitus.



**M**ultæ tribulationes Justorum, & de his omnibus liberavit eos Dominus : Dominus custodit omnia ossa eorum, unum ex his non conteretur (Alleluja, alleluja) **Psal.** **Benedicam** Dominum in omni tempore : semper laus ejus in ore meo. **G.** Gloria Patri.

## Oratio.

**O**mnipotens sempiterne & mitissime DEUS, qui electos sanctos tuos Georgium, Blasium, Erasmus, Panthaleonem, Vitum, Christophorum, Dionysium, Cyriacum, Achatium, Eustachium, Ægydium, Margaritam, Barbaram, & Catharinam specialibus privilegiis præcunctis aliis decorasti, ? Ut omnes qui in necessitatibus suis eorum implorant auxilium : \* secundum tuæ promissionis gratiam, petiti-



nis suæ salutarem consequantur effectum? Da nobis quæsumus nostrorum veniam peccatorum: \* & ipsorum intercedentibus meritis ab omnibus adversitatibus nos libera, & deprecationes nostras benignus exaudi. Per Dominum nostrum.

**Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. c. i.**

**F**Ratres: Sancti per fidem vicerunt regna: \* operati sunt Justitiam, adepti sunt repromissiones. Obturaverunt ora Leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem gladii, convalescerunt de infirmitate: Fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Alii autem distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem. Alii verò ludibria, & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus. In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis & in cavernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati inventi sunt: in Christo Jesu Domino nostro.

**Graduale.** Clamaverunt Justi & Dominus exaudivit eos: &

ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos. **℟.** Juxta est Dominus iis qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu salvabit. **Alleluja, alleluja.** **℞.** Justi epulentur & exultent in conspectu DEI; & delectentur in lætitiâ. **Alleluja.**

**Tempore Paschali omisso**  
**Grad: Primum Alleluja ut supra**  
**secundum Alleluja, alleluja.** **℞.** Lætamini in Domino & exultate justi, & gloriamini omnes recti corde. **Alleluja.**

**In Septuagesima Tractus.** Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. **℟.** Euntes ibant & flebant mittentes semina sua. **℞.** Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.

**Sequentia de Sanctis.**

**O** Beatè beatorum Martyrum solemnina,  
**O** devotè recolenda victorum certamina!  
**D**igni dignis fulgent signis, & florent virtutibus,  
**I**llos semper condecorer veneremur laudibus,  
**F**ide, voto, corde toto adhæserunt Domino.  
**E**t invicti sunt addicti, atroci Martyrio.  
**C**arcerati, trucidati tormentorum genera  
**I**gne læsi, ferro cæsi, pertulerunt plurima.



**D**um sunt torti, cedunt morti,  
carnis per interitum.

**U**t electi sunt adepti beatorum,  
præmium

**P**ost contemptum mundanorum  
& per bella fortia,

**M**eruerunt Angelorum Victores  
confortia.

**E**rgo facti cohæredes Christo in  
Cœlestibus,

**A**pud ipsum vota nostra, promo-  
vete precibus.

**U**t post hujus finem vitæ, & post  
transitoria,

**I**n perenni mereamur exultare,  
gloriâ. Amen.

**Sequentia S. Evangelii**  
secundum Matthæum.

Mat.  
22.

**I**n illo tempore: respondens  
JESUS dixit. Confiteor tibi  
Pater, Domine Cœli & terræ:  
quia abscondisti hæc à sapientibus  
& prudentibus, & revelasti ea  
parvulis. Ità Pater, quoniam sic  
placitum fuit ante te. Omnia mi-  
hi tradita sunt à Patre meo. Et  
nemo novit Filium, nisi Pater:  
neque Patrem quis novit nisi fili-  
us, & cui voluerit filius revelare.  
Venite ad me omnes, qui laboratis,  
& onerati estis, & ego reficiam  
vos. Tollite jugum meum super  
vos, & discite à me, quia mi-  
tis sum, & humilis corde: & in-  
venietis requiem animabus ve-  
stris. Jugum enim meum suave  
est & onus meum leve.

Psal.  
67.

**Offertorium. Mirabilis Deus**

in Sanctis suis: DEus Israel ipse  
dabit virtutem & fortitudinem,  
plebi suæ: benedictus DEus,  
alleluja.

**Secreta.**

**S**uscipe quæsumus Clementis-  
sime DEus preces & hostias  
quas tibi in Sanctorum tuorum,  
Georgii, Blasii, Erasmi, Pantha-  
leonis, Viti, Christophori, Dio-  
nyssii, Cyriaci, Achatii, Eusta-  
chii, Ægydii, Margaritæ, Bar-  
baræ & Catharinæ, honore defere-  
rimus, ut qui nostræ justitiæ fidu-  
ciam non habemus, eorum, qui  
tibi placuerunt singulariter, inter-  
cedentibus meritis petitionum,  
nostrarum te pium largitorem,  
sentiamus: *Per Dominum.*

**Communio. Posuerunt mor-  
talia servorum tuorum Domine,  
escas volatilibus Cœli, carnes  
sanctorum tuorum bestiis terræ:  
secundum magnitudinem brachii  
tui posside filios mortificatorum.**

**Postcommunio.**

**S**acramenta, quæ sumpsimus  
Domine, quæsumus, inter-  
cedentibus sanctis tuis Georgio,  
Blasio, Erasmo, Panthaleone,  
Vito, Christophoro, Dionysio,  
Cyriaco, Achatio, Eustachio,  
Ægydio, Margarita, Barbara,  
Catharina, nobis prosint ad ve-  
niam, & Et quorum petitionem  
clementer exaudisti: \* in neces-  
sitatibus nostris nos refove mise-  
ratus auxilio, & ab omni nos ad-  
versitate custodi. *Per Dominum.*

Orat-



ORATIONES QUÆDAM  
DIVERSÆ.*De Spiritu sancto Oratio.*

**D**Eus qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti: \* da nobis in eodem Spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per Dominum.

*Secreta.*

**M**unera quæsumus Domine oblata sanctifica: & corda nostra sancti spiritus illustratione emunda.

*Postcommunio.*

**S**ancti Spiritus Domine, corda nostramundet infusio, & sui roris intima aspersione fecundet.

*De S. Maria à Nativitate Domini usque ad Purificationem.**Oratio.*

**D**Eus qui salutis æternæ, beatæ Mariæ Virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti, & tribue quæsumus: \* Ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus; per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum IESUM Christum filium tuum. Qui tecum.

*Secreta.*

**M**uneribus nostris, quæsumus, Domine precibusque susceptis: & Cœlestibus nos munda mysteriis, & clementer exaudi. Per Dominum.

*Postcommunio.*

**H**æc nos communio, Domine purget à crimine, & inter-

cedente beatâ Virgine Dei Genitrice Mariâ, cœlestis remedii faciat esse consortes. Per eundem.

*Concedenos. vide in Missa de Victoria. fol. 42.*

*Ad poscenda suffragia sanctorum Oratio.*

**A**Cunctis nos, quæsumus Domine, mentis & corporis defende periculis; & intercedente beatâ & gloriosâ semper Virgine Dei Genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato **N**& omnibus sanctis, & salutem nobis tribue benignus & pacem: \* ut destructis adversitatibus, & erroribus universis, & Ecclesia tua secura tibi serviat libertate. \* Per eundem.

*Secreta.*

**E**Xaudi nos Deus salutaris noster: ut per hujus Sacramenti virtutem, à cunctis nos mentis & corporis hostibus tuearis, gratiam tribuens in præsentem, & gloriam in futuro. Per Dominum.

*Postcommunio.*

**M**undet & muniat nos, quæsumus Domine, divini Sacramenti munus oblatum: \* & intercedente beatâ Virgine DEI Genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro & Paulo, atque beato **N**& omnibus sanctis, & à cunctis nos reddat & perversitatibus expiatis, & adversitatibus expeditos. \* Per eundem.



**Contra persecutores Ecclesie****Oratio.**

**E**cclēsię tuę quęsumus Domine, preces placatus admittite: \* ut destructis adversitatibus, & erroribus universis, ? securā tibi serviat libertate. Per Dominum In unitate ejusdem Spiritus sancti.

**Secreta.**

**P**rotege nos Domine, tuis mysteriis servientes; ut divinis rebus inhxerentes, & corpore tibi famulemur & mente. Per Dom. In unitate ejusdem Spiritus sancti

**Postcommunio.**

**Q**uęsumus Domine Deus noster: ut quos divina tribuis participatione gaudere, ? humanis non sinas subjacere periculis. Per Dominum. In unitate ejusdem Spiritus sancti.

**Pro Papa Oratio.**

**D**eus omnium fidelium pastor & rector, ? Famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesie tuę pręesse voluisti, propitius respice: \* Da ei quęsumus verbo & exemplo, quibus pręest proficere: ? ut ad vitam, unā cum grege sibi credito perveniat sempiternam. Per Dominum. In unitate ejusdem Spiritus.

**Secreta.**

**O**blatis quęsumus Domine, placare muneribus; & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesie tuę pręesse voluisti, assidua protectione gubernā. Per Do-

minum In unitate ejusdem Spiritus sancti.

**Postcommunio.**

**H**ęc nos, quęsumus Domine, divini Sacramenti perceptio protegat, ? & famulum tuum **N.** quem pastorem Ecclesie tuę pręesse voluisti, unā cum commisso sibi grege, salvet semper & muniat. Per Dominum in unitate ejusdem Spiritus.

**Pro Imperatore Oratio.**


**D**eus regnorum omnium, & Christiani maximē protector imperii: ? da servo tuo Imperatori nostro **N.** triumphum virtutis tuę scienter excolere: \* ut qui tuā institutione est princeps, ? tuo sit semper munere potens. \* Per Dn.

**Secreta.**

**S**uscipe Domine, preces, & hostias Ecclesie tuę pro salute populi tui supplicantis: & in protectione fidelium populorum, antiq̄a brachii tui operare miracula: ut superatis pacis inimicis, securā tibi serviat Christiana libertas. Per Dominum nostrum.

**Postcommunio.**

**D**eus, qui ad prędicandum æterni Regis Evangelium Romanum Imperium pręparasti, \* prętende famulo tuo Imperatori nostro **N.** arma cœlestio: ? ut pax Ecclesiarum nulla turbetur tempestate bellorum. Per Dominum nostrum **JESUM CHRISTUM** filium tuum, qui tecum vivit.





Exaudi elementissime Pater deprecationem rerum tui  
pro ancilla tua in partu nunc, aut in posterum labo-  
rante, majestati tuae devotissime supplicantis,  
ut quemadmodum tua cum providentia concipere  
decreveristi, ita benedictione tua praesambula,  
ad laudem tui nominis sacri, [Virgine gloriosa  
suffragante] celeriter jubeas expedire. Per Dm.

Piosissime Ille Jesu, qui absque doloris contagi-  
one, ex utero Virginali almiſſimae matris  
tuae, in mundum tua dignatione sanctissima  
porta clausa exire dignatus es: concede  
propitius, ut fructus ancillae tuae in orbem  
terrarum sanus, et incolumis totaliter  
disponas pervenire, quod ad fontem bap-  
tismatis tecum regnare mereatur. Qui vivis.

Beatissime spiritus per quem condita sunt  
universa, suppliciter tuam exaudire digne-  
ris famulam, pro qua haec tua porrigimus  
pietati preces: ut quemadmodum tuo felici  
et sancto juremure optat liberari, ita sus-  
fragiis beatissime Matris Dei lumen tuae  
gratiae in eius celeri expeditione infun-  
dere digneris. Qui vivis.



Contra persecutores Ecclesie

minum In unitate ejusdem Spiritus sancti.

Oratio.

**E**cclēsię tuę quęsumus Domine, precēs placatus admit-


Postcommunio.

**H**ęc nos, quęsumus Domine,


Omnipotens sempiterne Deus, qui humanum genus in quinque vulneribus filii tui Domini Nostri Iesu Christi pretioso sanguine redimere dignatus es; presta supplicibus tuis, ut qui eadem vulnera quotidie veneramus. Per pretiosum eius sanguinem mortem subitanam et æternam evadere mereamur. Per D. N. I. Am.

Omnipotens sempiterne Deus, qui hanc hostiam immaculatam in honorem quinque vulnerum Domini N. I. Christi filii tui: te devote deprecantes, ut quod pretioso sanguine redimere dignatus es, nos a morte subitanea et a perpetua custodia damnationis Per eundem Dominum N. I. Am. Glm ed.

Samplicibus tuis sacramentis omnipotens Deus in honorem quinque vulnerum filii tui Domini N. I. Christi, misericordiam tuam humiliter imploremus: ut quod pretioso sanguine ipsius redemisti, nos digneris a morte subitanea defendere, et ad perpetuam vitam perducere. Per eundem D. N. I. Am. ed.










15.7.1943

HCS











**Missale**

**Cisterciense**

**Antyverpen 1688**